



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

De auditu. cap. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)



Huic duas Ægidius addidit. Primam; quoniam specie productio in organum difficilius est propter membri soliditatem & consistentiam, priusq. produci debet in medium, ut inde commodius ad organum tradatur. Alteram; quia omnis facultas determinatum obiectum postulat, tum quoad rem, tum etiam quoad modum & distantiam.

Verum quidquid sit de eo, quod hi omnes Philosophi tanquam principium accipiunt, ab obiecto species immitti; certe si colores à cæteris sensibilibus obiectis separet, reliqua aut multiplicatur re ipsa, ut soni, odores, & prima qualitates tactiles; aut immediate organo sensus admouentur, ut sapor. Deinde species materialius est in organo, quam in medio. Si quidem oculus aqueus est, medium æreum. Aut si obiectum potest in medio spiritalem speciem producere, eandem possit in organo: præsertim cum & in medio & in organo eiusdem rationis sit. Quod si membri soliditatem præterdat Ægidius, vehementiore ibi actione opus erit. At quò magis species ab obiecto distat, eò debilius illius productio est, debiliusq. agit ipsa in organum. Hæc enim est agentium omnium conditio, robustius agant in id, quod propinquum est; quam in id, quod longius distat. Ægidius igitur suscipiuntur in organo, quam si immediate in eo producta fuisset. Quod autem ad obiecti determinationem attinet; omnis quidem facultas determinat sibi obiectum quoad speciem & ea quæ sunt illi essentialia; non tamen quoad accidentia, cuius generis sunt maior aut minor magnitudo, distantia, continuitas, & similia.

*Non solum  
per sensum  
nem in  
medietate.*

Aucroës autem & cum eo permulti Aristotelem crediderunt voluisse sensum sentire non posse obiectum, nisi à se distitum, aliòq. externo corpore interiecto. At facile animaduertere potuissent, neq. tactum, neq. gustatum sentire quidquam, nisi saporis imponatur lingue, & calor aut frigus afficiant carnem. Nervi umque aut carnem, si pungatur, acutum corpus sentire. Neq. febricitantibus aliam ob causam omnia videri esse amara, ut est in tex. 104. nisi quia linguam habent eo humore persulam. Et odorem cum fumoso habitu ad nares penetrare: Sonumq. re ipsa ferire aures: Ac lucem deniq. immediate suscipi in oculo. Et dum intuiti sumus vehementem aliquam lucem aut colorem, dum ad tenebras nos recipimus, remanet adhuc in oculo lucis aut coloris impressio; ut pluribus confirmatur in lib. de somnijs cap. 2. lux autem illa seu color non est in aère, quia istenebricosus est; sed in oculo. Perfricatio etiam in tenebris aut compresso oculo splendorem cernimus & lucem: vel quòd, ut aliqui putant, in oculo ipso lux quedam sit in spiritu: vel potius, ut antea diximus, quòd compresso oculo fiat, ut pars pupille inferior videat superiorem: at pars illa pupille est supra aliam, vel etiam lux spiritus, si quæ sit, in ipso est oculo. Icterus autem videtur sibi videre omnia coloris citri, quòd is color in oculo insit & per illum videat cætera; perinde ac per viridia perspicilla omnia nobis viridia videntur, quia primum viride vitrum & per illud reliqua videmus. Certè quilibet sensus læditur plurimum à vehementi obiecto sensibili, neq. nimiam solis lucem toleramus, & à minimo strepitu obsurdescimus; quòd lux & strepitus suscipiantur in oculo & aere, vehementiusq. afficiant & dissoluant organum. Deniq. si esset medium necessarium, aut id esset propter obiectum, aut propter sensum. Obiectum eò vehementius agit in sensum, quòd est propinquius: sensus au-

tem aptus est immediate suscipere obiectum, sicut potest medium. Quin etiam dempeo aspectu exteriores reliqui sensus re ipsa videntur ab obiectis, non intencionaliter per species, moueri. Quamquam & aspectus quoq. interdum: tum quia obiectum nonnunquam habet sibi impositum, tum quia lux non per species, sed re ipsa agit.

Hoc igitur solum verè dixeris assimilasse Philosophum, Inter sensum & primum obiectum opus esse in medio. Nam hoc illius verba aperte factis ostenduntur, & in tex. 75. non coloratum corpus, dicitur oculo admotum non videri: & nunc non odore, aut sonu, sed corpus olens aut fonans naribus & auribus apponitur nullum sensum facere. Immo omnem quoq. odororum odorem aut sonorum sensum impedit. Præsertim oportet moueri medium, quam sensum. Carum ita sit, non eandem credendum esse in aspectu & in duobus sensibus rationem. In aspectu namq. obiectum coloratum oculo admotum propter eandem videtur, neq. aliorum visionem permittit, quia cum sit opacum, luminis accessum impedit, sine quo nihil cernimus. Lucis vero prima productio lucidum corpus remotiora sunt oportet. Sol, flamma, candela, ignis, apposta oculo totum dissoluunt, immo & propinquoora magnopere lædunt. In auditu autem & odoratu corpus sonans & odoriferum hanc partem ob causam auditum & odoratum prohibent, quoniam auditum impediunt aeri, qui tunc sonum, odorum ad illorum sensum organa deferre debet. Nam enim à sonantibus corporibus excitatus & obiectum cum fumoso halitu ab odorifero emittit corpore spargunt in aère cum locali motu vsq. ad organum. Aut si necesse non sit organum ab huic obiectis penetrari, sed possint hi duo minus materialis sensus in eo aspectum emulari, ut remota quoq. obiectum persentiant: ita corpora illa eorum organa immota sensum ab illorum obiectis separant, videntur utrumq. posita coniunctionem & contra. Nam volant, sine quibus nec operatio vlla esse potest.

Odoratus etiam illud est proprium, quòd narium impositum odoriferum corpus inspirationem prohibet, quæ ad sensum organum deducere halitum debet, nariumq. contactu impeditur halitus, ne ex odorifero ascendat corpore, tum cohibendo, tum hinc metando & refrigerando, crassiorumq. partium permittione. Primum irem sonus fieri in aere nequatur quòd ibi esse non possunt sonantia corpora, tum quòd immoderato motu nimium læderetur organum.

In gustatu & tactu immediata coniunctio esse videtur: quòd hi sensus materiales plane cum sint, obiectum non persentiant nisi organo admotum. Sed nisi sensus cum læsione & molestia futura sit, in ipso quoq. medium esse oportet, si non extraneum, aère aut aquam, certe intraneum & cum organo coniunctum; hoc est pelliculam toti carni obductam, quæ nihil ipsa sentit, sed medium est, per quòd sentit caro aut pars alia sentiens. Eam si tollas, hinc quidem sensus, sed cum dolore, molestia, læsioneq. carum rari sensus natura sua sit operatio perficiens, non lædentes & destruens. In gustatu præterea opus est salina, quæ medij vim quandam habet. Hoc in ægrotis delectate gustatus deest. Atq. hoc hi duo sensus præterea tribus deteriores sunt, quòd illi extraneo, hi intraneo duntaxat indigent medio.

Quoniam igitur nulla est perfecta & naturalis sensus, si obiectum sit supra organum sensus, eò aliqua opus est distantia mediòq. propterea dixit Philosophus, sensatione perfecta coparatione i. obiecti, primo moue-



COMMENTARIUS CI.

Paucis quibusdam præmissis, quæ auditui & odorati communi erant, ad specialem singulorum tractationem accedit: priusq. & de auditu differendum proponit, & eadem methodo antea proposita & in aspectu obseruata.

Cor de auditu ante odorati.

Prius quidem agit de auditu, quam de odoratu; quoniam nobilior est sensus & faciliorem habet explicationem. Nobilior est; tum quia, vt ait Simplicius, in longius defertur. Longius enim audimus, quàm odoremur. Tum quia spiritalior est & per solū localem motum, qui omnium primus est & perfectissimus, perficitur eius obiectum. Odor enim etiam locali motu cum fumoso halitu ex accidenti moueatur; per se tamen alteratione producit, dum ex odorifero corpore resoluatur. Faciliorem autem eū habere explicationem, ipsemet Aristoteles in text. 92. affirmabit: propterea quod præ omnino odoratur homo.

Porrò in auditu tractatione eandem hæcenus seruatum methodum retinendam proponit, dū de sono & auditu, hoc est de obiecto prius, deinde de facultate, agendum esse dixit. Vt quemadmodum ex aspectabili obiecto explicata fuit aspectus natura, sic ex audibili audiendi facultas inuelligetur.

Sonus ἀρρητος.

Audibile autem est sonus. Propterea de sono agere incipiens diuisione statim vtitur. Duplex enim est sonus. Alter quidem actus quidam (ἀρρητος vocat, quod non habeat esse constans & fixum, sed in sola operatione & motu). Alter autem potestas (melius autem fortasse ἀρρητος & δυνατός, quàm ἀρρητος & δυνατός; melius inquam actu & potestate, quam actus & potestas legeretur). Sanè obiecta omnia sensilia ita se habent, dum & vt entia sunt, & per cōparationem ad sensum quatenus sensilia sunt, considerantur. Nam & colorē dicimus interdum esse actū aspectabilem; quatenus adest lumen; interdum potestate, si lumen desit. Et vt qualitas item est, potestate dicitur esse & actus; quia & potest corpus colorari, & actū coloratum esse. Vtroque igitur modo sonum quoque dici posse ostendit.

Sonora corpora quæ & qualia. Solida.

Atq. vt declarat, quomodo quatenus ens quodpiā est, id dicatur; duo corporum genera proponit, vt à non sonoris sonora distinguat. Quædam sunt, vt sponsia & lana, quæ neq. actu sonant vnquā, neq. sonare possunt. Alia, quæ & apta sunt edere sonum, & sæpè re ipsa edunt; vt æs, ferrum, lignum; eaq. omnia, quæ duas habent conditiones. Alteram, vt dura sint & solida. Alteram, vt læuia & plana. Quare non sonora erunt ea, quæ mollia fuerint & inæqualia. Solida autem omnia & læuia sonare queunt; quoniam allidere possunt & frangere aërem cuius inter duo corpora intercepti vehementer ac celeri allisione violentaq. expulsionē confertim facta excitatur sonus. Itaq. si quiescant & à nullo alio simili corpore percutiantur, sonum continent potestate; ipsaq. ad sonandum aptitudo, inquit Philoponus, est sonus potestate. Si autē ab alio vehementer, percutiantur, ita vt aer conglobatus vi extrudatur & frangatur, actū sonum edunt. Spongia non sonat, quod nec solida sit nec læuis, sed tota foraminibus ceu cauernis plena: intra quæ sese recipit aer, & frustatim cōminutus paulatim & non totus simul egreditur. Lana item, quia mollis, facile cedit. Ideo neutrum corporum genus frangere aërem potest & sonare; quæ admodum ea, quæ cum solida sint, non cedunt: &

A cum læuia, cauernis & foraminibus aërem non capiunt, nec minutatim diuidunt, sed allidunt, frangunt, & sonare faciunt. Tunc enim sonum actu edisse existimantur, cum aërem, qui inter ipsa & auditum interiectus est, complent sono.

Possunt autem esse corpora solida, aut simpliciter & vere, vt æs & argentum; aut quod habeant de se quædam solida, si velocitate motus anticipetur naturalis eorum motus. Cōglobatur enim quasi & coarctatur plurimè illorum partes, & idē perinde ac solida existunt; vt videre est in aere & aqua. Debet enim esse plana & lata; nimirū vt aërem confringant, si enim non sint plana, sed cauernis plena, inæqualitate impedit fractionē aëris, & aer ni cauernas diuisas non facit sonum. Lata quoq. vi fuerint diuidunt aërem, non confringunt: quemadmodum acus si ferat aërem, non facit sonum. Plurimum autem moritur, si sint concaua: multum enim concipitur aëris, retinebunt diutius; & idē sæpè repercutietur & sonabit: vt campanæ, quæ diuinitum retinent. Præterea debent esse aërea: idē æs & metalla potius nominat, quia propter multum aërem percutitur maximè sonora sunt. Quæq. magis aërea sunt magis etiam sonant. Plumbum, ferrum, & alia magis aërea, non item. Ligna multum quidem aërem continent, sed minus sonant, quod aer multa terra, quæ minimè sonora est, obrutus sit. In metallis aer permixtus est cū aqua, quæ & ipsa soni capax est. In lignis fagus, ficus, & quæcūq. sunt magis aërea, minus habent sonum. Deniq. debent esse corpora friabilia vel penè friabilia, vt bene sonent. Friabile corpus dicimus, quod simul in minutissimas partes diuidi potest, vt argilla, vitrum, glacies. Penè friabile autem quod non frangitur quidē in partes minutissimas, sed tremorem facile cōcipit, quo partes omnes minutissimè mutant situm, si percutiatur, ac diu mutant. Hoc enim est penè friari. Nā vt in friabili corpore partes omnes ita recedunt à suo situ, vt distinguantur, sic in tremēte recedunt partes à situ naturali, siquæ magis recederent distinguerentur ac penè friarētur. Quod in campana percussa videtur, quæ tremet, vt partes omnes à proprio situ discedat, & paulo amplius mutaret situm, continuis eorum volueretur. Quod fit interdum, vt si trementi campanæ apponatur ferrū, quo aliqua eius pars probibeatur tremere, frangitur campana: quoniam tremētibz cæteris partibus & mutatis sitū, ea prohibita suo situ manet. Cæterū corpus friabile aut penè friabile duas postulat conditiones. Alteram, vt sit humidum, tum vt partes eius copuletur, tum vt cōcipere tremorem possit. Alteram, vt hoc humidum sit cōcretū. Fluidum namq. ac lentū cūm ad herese partibus, non facile frangitur: & idē glacies percellitur, quàm aqua, friatur.

B non confringunt: quemadmodum acus si ferat aërem, non facit sonum. Plurimum autem moritur, si sint concaua: multum enim concipitur aëris, retinebunt diutius; & idē sæpè repercutietur & sonabit: vt campanæ, quæ diuinitum retinent. Præterea debent esse aërea: idē æs & metalla potius nominat, quia propter multum aërem percutitur maximè sonora sunt. Quæq. magis aërea sunt magis etiam sonant. Plumbum, ferrum, & alia magis aërea, non item. Ligna multum quidem aërem continent, sed minus sonant, quod aer multa terra, quæ minimè sonora est, obrutus sit. In metallis aer permixtus est cū aqua, quæ & ipsa soni capax est. In lignis fagus, ficus, & quæcūq. sunt magis aërea, minus habent sonum. Deniq. debent esse corpora friabilia vel penè friabilia, vt bene sonent. Friabile corpus dicimus, quod simul in minutissimas partes diuidi potest, vt argilla, vitrum, glacies. Penè friabile autem quod non frangitur quidē in partes minutissimas, sed tremorem facile cōcipit, quo partes omnes minutissimè mutant situm, si percutiatur, ac diu mutant. Hoc enim est penè friari. Nā vt in friabili corpore partes omnes ita recedunt à suo situ, vt distinguantur, sic in tremēte recedunt partes à situ naturali, siquæ magis recederent distinguerentur ac penè friarētur. Quod in campana percussa videtur, quæ tremet, vt partes omnes à proprio situ discedat, & paulo amplius mutaret situm, continuis eorum volueretur. Quod fit interdum, vt si trementi campanæ apponatur ferrū, quo aliqua eius pars probibeatur tremere, frangitur campana: quoniam tremētibz cæteris partibus & mutatis sitū, ea prohibita suo situ manet. Cæterū corpus friabile aut penè friabile duas postulat conditiones. Alteram, vt sit humidum, tum vt partes eius copuletur, tum vt cōcipere tremorem possit. Alteram, vt hoc humidum sit cōcretū. Fluidum namq. ac lentū cūm ad herese partibus, non facile frangitur: & idē glacies percellitur, quàm aqua, friatur.

C

D

E

Iam verò si sonus actu exaudiat, non solum actu sonus, sed etiam actu audibilis. Quod si à nullo audiatur, sonus quidem actu erit, at non actu audibilis, aut sensilis. Atq. ita eodem prorsus modo habent sonus & color: & vterq. duobus modis dicitur, actu & potestate. Tum quatenus ens & qualitas quæpiam est; tum quatenus sensilis est. Et de colore quidem antea dictum est, nunc autem & de sono. Nam propterea addidit (hoc est inter ipsum & auditum facere sonum). Potest enim sonus non solum esse inter id, quod sonat, & auditū, sed etiam inter id, quod sonat, & aliquid aliud, quod audiendi virtute caret. Verum hic potestate audibilis est, non actu. Et vt actu audibile significaret, dixit (inter ipsū & auditū).

Dante



Aqua ut est grauis, ita iners & tarda ad motum, A multaque opus est vi, ut protrudatur & protrudat: parsque vna mota in aliam incurrens, que non facile cedit, retardatur, neque confringitur. Hæc igitur sunt principia soni, duo corpora sonantia, si concurrant, seseque percutiant, & medium inter illa interceptum.

## DIGRESSIO XLIII.

## De soni productione, &amp; multiplicatione.

Cur de  
solis soni  
productione  
egressi.

Propterea verò Philosophus soni potissimum B productionem ac producentes causas hoc loco declarauit, non item aliorum sensilium: non inquam colorum, odorum, saporum, tactiliumve qualitatum, sed solius soni: quoniam reliqua naturam habent absolutam atque in aliquo subiecto fixam & permanentem; quam seorsim in lib. de sensu & sensili tractare maluit, atque hoc loco per comparationem duntaxat ad sensum illa considerare, quatenus aspectabilia sunt, odorabilia, & omnino sensilia. Nam hoc satis erat ad sensum naturam declarandam, quæ ex obiecto formaliter considerato pendet. At sonus non habet aliud esse, quam in medio, quandiu producit, & actu corpora sonant. Quod quidem ad præsentem sensus auditus considerationem pertinet. Tandiu enim est sonus, quandiu auditur; ideòque auditus desinit, quia esse desinit. Propterea cum auditus tractatione soni quoque productionis & nature consideratio copulanda fuit. Sanè tintinabulum à Græcis *κροτάλον* dicitur, & *ἀδύ* fortasse dictum fuisse scribit Philoponus, quod dum mouetur canas, cessanteque motu sonare desinat.

De virga  
flagello  
sonare.

Ceterum contra hæc, quæ de soni productione dicta sunt, opportuna est dubitatio eiusdem Philoponi. Etenim si solavirga aut flagello percutias aerem, sonus nimirum excitatur: nec tamen ad sunt tria corpora, sed duo sola, quorum vnum duntaxat solidum est. Verum tum ipse, tum Simplicius & Themistius verè respondent, eorum alterum duorum vicem supplere. Nam vel aer tum percussus corporis locum habet, tum medij: quia posterior illius pars, dum congeminitur & congloratur à proximo aere motu, instat densi & solidi corporis percussu resistit. Vel virga aut flagellum, dum inflectitur, vim habet & percutiens & percussu, atque inter illa est aer medius. Quod si duro ligno aliòve corpore, quod non inflectatur, aerem verberaueris, aut non sonabit, aut exiliter admodum. Flabellum quoque ad solida corpora adiacentia aerem allidens sonum facit.

Vnum addit Philoponus, de quo merito dubitari potest: aerem videlicet trium interdum locum habere. E Nam cum vehementer expiramus, aer emissus ex ore est percutiens; qui verò proximus est, vim habet medij; ac demum is, qui ab hoc impulso impellitur, percussum corpus est. Verius enim dixeris, tum in hoc, tum in formanda voce, pulmones impellere aerem asperamque arteriam, dentes, & labia, esse corpus percussum atque ita magis appareat sonantium corporum conditio illa, qua dicuntur debere esse solida.

Si sonus,  
sonabilis  
& medius  
in omni  
suo sonu.

Igitur tria illa, quæ Philosophus memorat, non in omnibus sonis eodem reperiuntur modo: sed in permultis distincta re, ut in sono campanæ, in qua est corpus sonans seu percutiens, quod in media campana pendet; & est ipsa campana, corpus sonabile seu percussum, ac denique medium, aer. In alii

ratione solium separantur, ut in sono, qui fit aëre foliibus expresso, vento per angustum foramen ingrediente, sibilo, & aliis similibus, quæ propter allisionem & fractionem aeris vehementem in angulo aliquo loco faciunt sonum. In sono item, qui fit fractione panni vel chartæ: siue quod aer in membris contentus veloci ac vehementi motu permemelidatur, siue quod ad eum locum, in quo erat pannus aut charta, si citò scindantur, citò conuulsi, & dique aer, ne detur vacuum: & ideo aeris partes libi obuia cum impetu alliduntur, franguntur, & sonant. In his enim omnibus, videtur solus aer facere sonum. Interdum etiam aer cum vno tantum corpore solidò, ut virga flagellave commemoratis, & si dicitur aut constringatur corrigia, si ignitum ferrum immittatur in aquam. Partes enim aëreæ quæ summò impetu nuncunt egredi, & ideo fit sonus magnus vetus ad parietem allidatur; si sal, castanea, vel aliud statuofum corpus proiciatur in ignem.

Nam flatus calore rarefactus quærit exitum, & si dicitur constringitur exterioribus illius partes, quæ ad proximum aerem allise faciunt sonum. Quam ob causam cultello castaneas scindimus antequam proijciamus in ignem, ut flatus habeat exitum. In his omnibus est ipsa non nisi vna aut altera natura concurrat, hæc tamen sunt instar trium. Nam si virga percutias aerem, aut flabellum, iam dictum est quomodo in his res habeat. In vento quoque & huiusmodi aliis ventus aut pars aeris prior est percutiens; paries seu pars aeris posterior est percussus, aer interceptus & allisus est medium.

Ergo sonus gignitur quidem motu, sed non quouis, verum percussione. Neque percussione quacumque, sed ea, qua medium interceptum prius & opprimatur, quam natura sua diuidi possit & elabi. Medium quippe inter percussione corpora duobus modis habere potest. Primum ita, ut diuidatur quemadmodum est aprum diuidi; atque ita nullus est sonus.

Deinde, ut non diuidatur, sed opprimatur, antequam diuidi possit. Sic enim magno impetu frangitur & colliditur, & facit sonum. Quæ si esset vacuum, posset abique sono fieri in eo duorum corporum percussio, propter defectum medij tractu & collisi. Sed hoc non est intelligendum solium de percussione propriissime supra, nisi fortasse de perfectissimo sono loquaris. Sed ampliori quam acceptione de quouis motu, in quo ita opprimatur aer, ut frangi & collidi cogatur, antequam diuidi queat.

Uigitor omnes ferè modos, quibus sonus excitari possit, complectar paucis: primum fieri potest vera & propria duorum corporum percussio, inter quæ interceptatur aer, qui percussione vna opprimatur, ut frangatur. Deinde percussio vna quemcumque motum intelligendo, quo aer oppellitur frangatur, efficitur sonus aeris extrusione ex angulo aliquo loco, in quo item frangi cogatur; ut in foliibus, & vento per paruum foramen flante. Aeris enim partes eò certatim confluentes sese vicissim collidunt & frangunt. Huc etiam spectat sonus, qui sola fit contritione partium aeris locum aliquem ingredientium, ut dum tumpitur pannus aut charta. Tum verò etiam allisione, ut cum duo venti libi vicissim occurrunt, aut ventus ad parietem alliditur. Et vox allisione aeris ad laringem & dentes formatur. Postremo sola fit inundatione, ut cum vetus magno perflar in aere, & naturalem illius motum accipit.